

The Electronic *Manipulus florum*

www.manipulusflorum.com

Caritas ab cum uariis

Caritas robur est fidei, fides fortitudo est caritatis, et tunc uerum nomen est, ac uerus est fructus ambarum, cum insolubilis manet utriusque connexio. Vbi enim non simul fuerunt simul desunt, quia inuicem sibi et iuuamen et lumen sunt, donec desiderium credulitatis impleat, remuneratio uisionis et incommutabiliter uideatur et ametur quod nunc et sine fide non diligitur et sine dilectione non creditur.

Leo de ieiunio VII. mensis in sermone.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

caritatis] caritas P V¹; utriusque] solucio *add. (del. intra)* M; fuerunt] fuerint P V¹ V² L¹ L²;
quia] que C; credulitatis] crudelitatis M; et *om.* C; de ieiunio] in sermone C; VII. mensis
om. C M P V¹ V² L¹ L²; in sermone] de ieiunio C